

S O U L S E A T St. Joannes Evangelista

Sal-, Saul-, Saule-, Sawl-, Soulsait, -syde, -scid, -sait, -sett, -sete, -saitt, -siete, Saulissait, -sete, -seat, Saulesait. Green Loch, Viride Stagnum. Sedes Animarum, Sedes Sauli.

Amoene sita in peninsula a lacu Soulseat Loch formata, in parochia Inch. prope Stranraer, Wigtownshire, Dioc. Galloway.

Abbatia modica et exigua, cuius origo aliquatenus tenebris est obvoluta. Vita Sti. Malachiae praetendit, hunc sanctum ibidem paulo ante annum 1148 collocavisse Cistercienses ex Hibernia, quod aliunde probari nequit⁵⁴⁾). Forte ibi fuerat antiquum sanctuarium celticum, cui implantavit Praemonstratenses ex ipso archicoenobio Lord Fergus de Galloway⁵⁵⁾), inter annos 1148 et 52. Quod factum esse iam ante fundationem abbatiae Dryburghensis (1150/52), vel ex eo elucet, quod Capitulum Generale Viridi Stagno, licet longe minutius illa opulenta abbatia, semper concessit primatum in Circaria, quod concedi solebat tantum abbatis primum fundatis. Quod si non fuisset certum quoad Soulseat, potens Dryburgh, secunda in aetate, nihil omisisset, ut hunc primatum sibi vindicaret. Abbatia, quae habebatur ut filia Praemonstrati, magnas partes habuit in regimine Circariae; exercuit dominium civile in baronias Soulseat et Drumcaston, genuitque filias Whithorn et Holywood. Praeter parochiam loci, et alia in Kirkmaiden in the Rhinns eidem incorporatur

⁵⁴⁾ *Vita S. Malachiae* apud MIGNE t. 182, pp. 1073/1118. — Secundum ANDERSON, *Early Sources* p. 208, forte est confusio cum „Viridi Ligno“ (= Newry), abbatia Cisterciensium in Ultonia, a Sto. Malachia pariter fundata. Confer tamen casum Carrickfergus in eadem provincia, quod Cisterciensibus videtur fuisse fundatione destinatum, quibus mox alio profectis, Ordini nostro est traditum (vide infra apud Circarium Hiberniae). Idem Anderson proponit aliam hypothesis de fundatione Viridis Stagni. Putat nimurum, canonicos O. S. A. abbatiae Saul in Ultonia, quae anno 1170, secundum Annales Ultonienses, est dispersa, novam domum sibi erexisse ultra mare in „Saulis Sede“. Quae sententia optimam quidem explicationem praebet pro origine nominis, videtur autem minus probabilis. Fundationem enim Viridis Stagni vix tam seram licet supponere, et insuper canonia Saul mox est restabilita in suo loco.

⁵⁵⁾ In *Ob. Praem.* I 12. V. legimus: „Sergi comitis Galoedie, fundatoris abbatiarum de Saulesete et de Candida Casa“. Idem (sed: „Fergi“) habet eodem die Necrologium de Newhouse, de quo vide supra apud Circ. Angliae. Obituarium de Heylissem (Bibl. Roy. de Bruxelles, excerpta in MS 991 Nancy p. 41) pariter eodem die habet: „Fergi conversi fundatoris duarum ecclesiarum nostri Ordinis“. Absque dubio hic agitur de una eademque persona. Tamen Fergus non factus est conversus in Ordine nostro, sed in canonia Holyrood O. S. A. juxta Edinburgh. Confer quod dicimus infra apud Whithorn.



anno 1393, quia „redditus canoniae adeo tenues existebant, quod ipsi abbas et conventus ex eis nequibant commode sustentari, et quia monasterium propter guerras multiplices erat deformatum et collapsum“.⁵⁶⁾ Anno 1505 rex Scotiae Quintinum abbatem misit ad Capitulum Generale Ordinis oratorem, qui reformationem monasteriorum regni urgeret. Proposito annuens Capitulum visitatorem eum instituit⁵⁷⁾. Valor reddituum anno 1562: 343/13 Lib. Scot. Anno 1568, conventus iuramento se constrinxit ad iura Mariae reginae tuenda. Abbas John Johnston, etsi attritus et persecutus usque ad mortem, per totam vitam fidei catholicae mansit fidelis. Domini de Kennedy nonnisi per inhumana tormenta traditionem bonorum monasterii illi extorquere potuerunt, quod tamen Joannes statim revocavit. Exinde erat commenda haereditaria istius familiae nobilis. Abbatia Viridis Stagni, quae ut corpus juridicum nonnisi anno 1630 est suppressa, cum omnibus bonis et juribus suis, cum insula (quam numquam habuit), quasi „in effigie“ tradita est abbatiae Hambornensi in Germania a Capitulo Generali anni 1673.

In fine saeculi XVII in Soulseat adhuc videbantur ruinae. Hodie nihil superest nisi fundamenta, quae bene discerni possunt, et quorum excavatio a reiperitis intenditur.

Archivalia: Perpauca hic et illic inveniuntur (Laing Charters, Cassilis Papers Nr. 409, 460, 520, 526, 536, 540, 600, et reliqua non pauca ex secundo dimidio saeculi XVI, tempore quo conventus iam erat extinctus. — Tax Roll Harleian MS 4623

Fontes et Litteratura: HUGO II 1119 — WAEFELGHEM 267 — AA. SS. *Vita S. Malachiae* Nov. 3, II 164/65 — Acc. Treas. II 191, III 404, IV 394, 395, V 216, 266, 453, VI 123, 146, 227, 307, XI 372, 449, 508 — ANDERSON, *Early Sources* II — ANDERSON, *Laing Charters*, 46, 488 — BECK VI 72 — CHALMERS V 420 — COTTINEAU 3070 — DEMPSTER (1627) VII nr. 593 — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — GEUDENS 42 — GOOVAERTS I 321, 495 — GORDON 313/15 — GROOME III 322 — HUTTON I *Dumfr.* — KER 99 — KIRKFLEET 178/79 — McKERLIE I 145/48 — *Cal. Close Rolls, Edward III*, vol. IV 32, 33, 151 — BREWER *Lett. Henry VIII*, IV 852, V, XX — P. L. IX, X, XII, XIII — RMS II 652, 2161, V — R. C. REID, *Soulseat*, in *TDumfrGall XVII* — IDEM, *Dunskey Castle*, ibidem XXI — Statistical Account IV 3, 82, 87 — THEINER Nr. 199 (Faulsete) — THOMSON *Acts Parl. Ind. Gen.* 1134 — *Vat. Transscr.* I 73 — WALCOTT 333/34

⁵⁶⁾ *Vat. Transscr.* I 72

⁵⁷⁾ Act. Cap. Gen. Laon p. 72. HUGO, qui falso hunc abbatem vocat Eduardum, II 1120.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

S e r i e s a b b a t u m

Christianus ⁵⁸⁾	Gilbert Kennedy ca. 1470 ⁶³⁾
Johannes 1273 ⁵⁹⁾	Quintinus Vaus 1493/ca. 1529 ⁶⁴⁾
Nicolaus Gordon? —1334? ⁶⁰⁾	David Vaus coadjutor 1525, abbas 1529, † 1532 ⁶⁵⁾
Finlay 1393 ⁶¹⁾	James Johnston 1532—45, res. ⁶⁶⁾
Patrick McChauhirky —1458 ⁶²⁾	John Johnston 1545—1600 ⁶⁷⁾
Gilbert McWilnane 1458— ⁶²⁾	

T O N G L A N D (Patronus ignotus est)

Tung-, Toung-, Tongue-, Tongeland, Tongellant.

Prope Kirkcudbright versus aquilonem, ubi flumen Dee in mare se effundit, Kirkcudbrightshire, Dioc. Galloway.

Abbatia, fundata probabiliter ab Alan Lord of Galloway, et quidem, ut refert catalogus N2, anno 1218⁶⁸⁾. Filia de Cockersand. Adhuc anno 1235 religiosi considerati sunt tamquam extranei. In insurrectione enim quadam contra dominos extraneos, etiam illi hoc anno a populo insulationibus sunt affecti. Ecclesiae incorporatae et partim ad tempus administratae: Senwick, Leswalt (1410), Sannat (1410) Balnacross, Minnigaff, KirkAndrews, Stenagar, Tongland. Quidam abbates, ut Caducan, Nicolaus Gordon, et James Herries, asserente Dempstero, excellebant tamquam scriptores. Valor reddituum in fine: 206 Libr. Scot. Abbas James

⁵⁸⁾ *Ob. Praem. I. 25. XII, Beauchief Obituary* (cf. supra ap. *Circ. Angliae*).
⁵⁹⁾ I. XII. GORDON o. c. ex nomine canoniae, vel ex traditione aliqua, cuius fontem non affert, concludit primum abbatem fuisse Saulum quendam. Quod veritati potest concordare quod primum abbatem vel fundatorem monasterii cuiusdam foundationi Fergi pro Ordine nostro antecedenti.

⁶⁰⁾ ANDERSON, *Laing Ch.* 46

⁶¹⁾ DEMPSTER VII 593. Vide infra apud Tongland.

⁶²⁾ *Val. Transcr. I* 73

⁶³⁾ RMS II 652

⁶⁴⁾ A. I. DUNLOP, *James Kennedy, (St. Andrews Univ. Publ.)* Edinbg. 1950

⁶⁵⁾ BREWER, *Lett. Henry VIII*, IV 852

⁶⁶⁾ vide de eo MCKERLIE o. c., et in praefatione

⁶⁷⁾ RSS II 1404

⁶⁸⁾ REID oo. cc. — BREWER o. c. XX 615, Cassillis Papers

⁶⁹⁾ „In dyoc. Candide Case filia de Cokersand, fundata est anno gracie mcccviij: Tongelant“. Ut Fearn, etiam Tongland erat ante suam foundationem antiqua parochia, quae tradita fuerat abbatiae de Holyrood O. S. A. ab Uchtryd Domino de Galloway, filio Fergi (1160/74), cf. *Lib. Cart. St. Cruc.* pp. 24/169.

Herries monasterium post longam ruinam collapsum penitus instauravit⁶⁹⁾). Annis 1503/08 ibi erat commendarius Italus quidam impostor et alchimista, qui etiam volare tentavit, sed frustra. Anno 1510, canonia episcopatui de Galloway est incorporata, sed ad personam tantum, anno 1525 enim iterum apparet abbas regularis. Anno vero 1536, post longas lites, in perpetuum sedi illi iam erat adnexa. Perstitit tamen conventus, nam anno 1557 signant praeter suppriorem 11 canonici. Bona abbatiae, annis 1587—1605 sub commenda, annis 1605—41 iterum sedi Galloadiensi sunt adnexa; item usque ad annum 1689, postquam ad breve tempus spectaverint ad Universitatem Glasguensem.

Anno 1740 adhuc ibi videbantur turris, 4 columnae cum arcubus, et extensa ruinae monasterii. Hodie ecclesia parochialis protestantium continet quasdam partes antiquae ecclesiae, inter alia pulchram portam romanicam.

Archivalia: Vetera perierunt. Acta saec. XVI extant mixtim cum Archivis Candidae Casae, de quibus vide infra. — Cassillis Papers 345, 653, 658 —

Litteratura: HUGO II 965 — WAEFELGHEM 294 — Acc. Treas. II/VII cf. indices. Rex permultas expensas habuit cum abbe illo alchimista — ANDERSON, *Early Sources* II 497, 565 — ANDERSON, *Laing Ch.* 46, 772, 801 — BECK VI 72 — *Cal. Charters UI* 1132, 1154, VIII 1667, 1712/13 — CAMERON, *Apost. Cam.* lxxiv n., 104/05 — Cant. & York Soc. vol. XII, p. 21, 41, 64 bis, 268, 289 — CHALMERS V 302/04, et passim — COLES F. R., *Tongland, with notes on its flora*, in: *TDumfrGall* 1883 — COTTINEAU 3170 — COLVIN 368 — DEMPSTER (1627) VII 593 — DONALDSON, *St. Andrews Form.* I, II — IDEM, *Accounts*, cf. ind. — *Exch. Rolls Scot.* VI 206/09 — GOOVAERTS I 384, III 31, 37 IV 13 — GORDON 345/49 — GROOME III 442/43 — HUTTON I Dumfr. — KIRKFLEET 179/80 — McGIBBON & ROSS, II 301/03 — MCKERLIE V 188/94 — P. L. I, III, VIII, X, XII/XIV, Pet. I — POTTHAST 8386 — RMS III 1100, IV, VI, cf. ind. — RSS I 1727 — THOMSON *Acts Parl. Ind. Gen.* II 1194 — *Wat. Transscr.* II 46, III 47 — *Sketches on Early Scottish Alchymists* (John Damiani), in: *Proc. Soc. Ant. Scot.* XI, pp. 183/89

Series abbatum (Dempster, Gordon)

Caducan 1225

Elias 1307⁷¹⁾

Alexander 1273, 1297 (idem?)⁷⁰⁾

Nicolaus Gordon? 1334?

⁶⁹⁾ Abbates Nicolaus Gordon et James Herries, quorum alter occurrit etiam apud Soulseat, inveniuntur apud Dempsterum tantum, et ideo sunt incerti. Ceteroquin fides huic auctori nequaquam pro toto est neganda, probabiliter enim fontibus est usus, quae non iam subsistunt, et insuper hisce annis in ambabus canonii nullus aliis abbas authentice occurrit.

⁷⁰⁾ STEVENSON II 68

⁷¹⁾ *Cal. Charter Rolls* (cf. ap. *Circ. Angliae*), III 92

Walter 1331, 1351 ⁷²⁾)	David (abb. regularis) 1525 ⁷⁷⁾
Gilbert 1381 ⁷³⁾)	Sequuntur episcopi Candidae Casae:
James Herries? 1411 / ca. 1429?	Henry Wemyss ca. 1531—41 ⁷⁸⁾)
Gilbert de Gamdia 1429 ⁷⁴⁾)	Andrew Durie 1541—58
Gilbert McDowell —1458 ⁷⁵⁾)	Alexander Gordon 1559—75
Patrick McChauhirky 1458— ⁷⁶⁾	Roger Gordon 1578
Joannes Damianus 1503/08	John Gordon —1586
David Arnot, Episc. Candidae Casae 1510—25 res.	George Gordon 1586—88
	Commendatarius de Tongland tan- tum: William Melville 1588—

W H I T H O R N SS. Martini et Niniani

Candida Casa, Leucophia, With-, Hwith-, Whiteh-, Whyth-, Hwit-, Quhith-, Qwhith-, Quhit-, Qwyth-, Qwhethorn, -orne, -ern, -erne, -erna, -irn, -yrne, Witerna, Quhittern, -erne, Galloway, Galweia.

Hodie est parvus vicus juxta mare, Wigtownshire.

Sedes ecclesiae cathedralis dioecesis de Galloway. Fundata est saeculo quarto a Sto. Niniano episcopo, tamquam incunabula fidei totius regni. Saeculo XII formaliter est erecta. Fergus Dominus de Galloway, qui iam fundaverat canoniam Soulseat, inter annos 1154 et 61 Capitulum regulare adiunxit huic ecclesiae cathedrali⁷⁹⁾). Hi canonici primo fuerunt Ord. Sti. Augustini, sed ope Christiani episcopi postea transierunt ad Praemonstratenses, vel, quod est minus probabile, nostro Ordine sunt

⁷²⁾ P. L. III, et FRASER II 408

⁷³⁾ FRASER II 427

⁷⁴⁾ Unus ex compositoribus statutorum Facultatis Theologiae in Universitate Sti. Andreac anno 1429 erat „Gilbertus monasterii de Tongland abbas... et in praedicta facultate licentiatus“ (R. K. HANNAY, *The Statutes of the Faculty of Arts and the Faculty of Theology*, St. Andrews 1910, p. 112). Gamdia probabiliter est corruptela pro Galvidia (= Galloway). Forte est idem ac Gilbert McDowell.

⁷⁵⁾ RMS II 652

⁷⁶⁾ ibidem. Vide supra apud Soulseat.

⁷⁷⁾ Hoc anno 1525 David Episcopus Candidae Casae resignat abbatiam in favorem David abbatis regularis. „reservata praebenda in casu decessus vel resignationis ipsius“ (*Vat. Transscr.* III 47).

⁷⁸⁾ *Vat. Transscr.* III 246

⁷⁹⁾ Canonia Candidae Casae semper Fergum sibi vindicavit in fundatorem praecepitum, etsi ille fundaverit eam pro alio ordine (O. S. A.), in quo et ipse mortuus est tamquam conversus in Holyrood anno 1161. (*Chron. Stae. Crucis*, ed. Bannatyne Club 1828, p. 33)

substituti. Quod videtur esse factum anno 1177⁸⁰⁾. Subdita est nova canonia paternitati Viridis Stagni non longe distantis. Filiam genuit Whithorn in Fearn, quae ad annum usque 1350 plus minusve ab ea dependebat. Constitutio eius non fuit ad instar ecclesiarum, quas habuit Ordo in Germania, sed potius ad normam ecclesiae Burgilaviensis in Dania⁸¹⁾. Duobus exceptis, nullus episcopus ex Ordine prodiit. Capitulum regebatur a priore, qui ab anno 1450 erat infulatus, ut unicus praelatus Ordinis in insulis Brittanicis⁸²⁾. Priors, qui licet magni habitu fuerint in regno, tamen cum suo capitulo exiguum tantum partem videntur habuisse in administratione dioecesis. Originarie capitulum ius eligendi episcopum non habuit, anno vero 1235 prima vice tale ius reclamavit, et pluries exercere potuit ad annum usque 1359, a quo tempore episcopi a Summo Pontifice sunt nominati. Fere semper capitulum contendebat cum episcopis. Anno 1408, episcopus impetravit, ut capitulum ad aedificandam et ampliandam ecclesiam cathedralem, immo ad erectionem domus episcopalnis deberet contribuere⁸³⁾. Canonia Whithorn erat unum ex ditissimis et praestantissimis monasteriis totius regni, fuitque florentissima usque in finem. Ideo priores eius saeculo XVI ineunte primatum sibi vindicaverunt in circaria. Valor redditum in fine: 1159/3 Libr. Scot. Possedit ecclesias incorporatas: Borgue (pertinuerat primitus ad Dryburgh, ante an. 1473 transiit ad Whithorn), Clayshant 1428, Cruggleton 1428, Gelston 1325, Glasserton 1473, Kilcolmkill ante 1325, Kirkandrews 1503, Kirkdale 1508, Kirkinner 1306, Kirkmaiden in Fairnes 1559, Kirkmichael, Sorbie (antiquitus ad Dryburgh), Toskertoun, Whithorn, Wigtown (ante 1325), et complures ecclesias in insula Man. Nonnullas harum ecclesiarum administravit religiosis suis. Status personalis: 1235 19 can., 1 diac., 1 acolythus. 1408: 12 claustrales canonici, 1536: 18 canonici. Propter reliquias Sti. Niniani, ad hanc ecclesiam cathedralem semper viguit per-

⁸⁰⁾ M. DUPRE, *Annales O. Praem.*, quem sequitur partim HUGO I. c. habet sequentia: „Circa hoc tempus (scil. 1177) Christianus Episcopus Candidae Casae in Galoadia canonicos suae ecclesiae cathedralis, iam regulares, in Praemonstratenses convertit“. Christianus episcopus (1154–86, cf. DONALDSON, *The Bishop and Priors*) propter hoc in variis necrologiis Ordinis, praeter Fergum, laudatur fundator canoniae Candidae Casae, ita in *Ob. Praem.* I 5. IV, et Fergus ibidem die 12. V (vide supra notam apud Soulseat)

⁸¹⁾ De hisce, ceterisque ecclesiis cathedralibus Ordinis vide in Vol. I pp. 215, 223, 241, 266, 296, et 410.

⁸²⁾ concessum est ei gerere „mitram non gemmatam“ (P. L. X 470)

⁸³⁾ *Uat. Transcr.* II 29/30. RALEGH/RAFORD o. c., analyzando constructionem ecclesiae cathedralis, non memorat hanc structuram, quae forte mansit intenta tantum.

magnus concursus undique eo peregrinantium, quod sanctuarium praesertim regibus erat carum. Versus finem saeculi XVI communitas paulatim est exstincta. Annis 1606—88, episcopi protestantici loci habuerunt usumfructum bonorum. Ecclesia, quae fuerat valde extensa, partim superest in ruinis. Nuper excavations sunt factae. De monasterio nihil subsistit.

Archivalia: Edinburgh Gen. Reg. House — Cassillis Papers nr. 227, 239, 289, 305, 312, 314/15, 334, 346, 348, 363, 384, 386, 391, 395, 414; 416; 422/23 472, 482/85, 502, 507/10, 512, 653, et passim — Harleian MS 4623

Fontes et Litteratura: HUGO I 453 — IDEM, SAM Ep. Gerv. 92 — WAEFELGHEM 94 — Acc. Treas. II/VIII, IX/XI cf. ind. (Praesertim dona votiva et expensa regum occasione peregrinationum) — J. ANDERSON, *Laing Charters* 46 — A. O. ANDERSON, *Scottish Annals from English Chroniclers* pp. 347/48 — BECK VI 69 — CAMERON *Apost. Cam.* 12, 36, 156 — *Cal. Charters* I 64, 201a, IV 730, VI 1108, IX 2009/10 — CHALMERS I 315, II 678, V 416 sq. et passim — COTTINEAU 1243 — DALRYMPLE H. H., *The Seal of the Priory of W.*, in: *Ayrsh. Gall. Arch. Assoc.* 1894 (VII) pp. 53/55 — DONALDSON, *St. Andrews Form.* I/II — IDEM, *Accounts*, cf. ind. — IDEM, *The Bishops and Priors of Whithorn*, in: *TDumfrGall* XXVII (1950) pp. 128/54, cf. 173/82 — Exch. Rolls Scotl. VI 574 — GOOVAERTS IV 13, 58, 87 — GORDON 318/21 — GROOME III 103/05 — HUTTON I (permulta documenta saec. XVI in extenso) — KERR H. F., *The Priory Church at Whithorn*, in: *Trans. Scott. Ecl. Soc.* XI, i, (1933/34) pp. 31/39 — KIRKFLEET 180/85 — LINDSAY/CAMERON 234 — McGIBBON & ROSS, II 479/86 — (IDEIM), *Five Great Churches of Galloway*, (Coll. Ayrsh. & Galloway Archaeol. Assoc. vol. X, Edinburgh 1899) pp. 169/97 — MCKERLIE, I 465/76, II 409/25 — A. McKERRAL, *The Kintyre Properties of the Whithorn Priory and the Bishopric of Galloway*, in: *TDumfrGall* III ser. vol. XXVII, 1950, pp. 183/92 — MAXWELL, *Candida Casa*, in: „Good Words“, London 1891, vol. 32, pp. 109/16 — P. L. I, VII, VIII, X, XI, XIII, Pet. I — RAINES, *Historical Papers and Letters from the Northern Registers*, London 1873, pp. 104, 105 — IDEM, *The Historians of the Church of York*, London 1894, III 146/48. Series canonicorum anno 1235, quae invenitur etiam in *Reg. Archb. York*, W. Gray p. 173 — C. A. RALEGH/RAFORD, *Excavations at Whithorn, First Season 1949*, in: *Ayrsh Dumfr. Transact.* 1950, pp. 85/126 — *Reg. Archb. York*: Grav. J. Le Romeyn II — *Reg. Urbain* IV 133, 141 — RMS I/III, V, VI — RSS I 1889, 2844, 3299 — BREWER Lett. Henry VIII, vol. IV, XIII, XIV, XV, XVIII, XXI — SYMSON 46 — T. TALBOT, *The Priory of Whithorn and its Lands and Churches in Man*, 1900 — THOMSON, *Acts. Parl. Ind. Gen.* II 1638 — *Vat. Transscr.* II 29, 30, 79, III 21 — *Stud. Mitt. O. S. B.* 1910, pp. 260/63

S e r i e s P r i o r u m

(nisi aliter notatur, sec. DONALDSON, The Bishops and Priors)

Adam (O. S. A.?) inter an. 1150 et 64 ⁸⁴⁾	Gilbertus res. 1413
Michael ca. 1164 (1177?)	Thomas Macilhachnisi 1413/26 ⁸⁹⁾
Paulus ante 1200?	Jacobus —1446
Michael inter an. 1200/06	(postea abbas OSA in Holyrood)
Paulus? (Paulinus) res. ante 1235 ⁸⁵⁾	William Douglas 1446—66, depos.
Duncan 1235	Fergus McDowell 1466
Dungal sive Duncan 1273/79 ⁸⁶⁾	Roger 1473
Thomas 1287 ⁸⁷⁾	Patrick Vaus 1477—1503, res.
Joannes 1294 ⁸⁸⁾	James Beaton? 1503
Mauritius 1296	Henry McDowell 1503—14
Michael of McKenlagh —1355	Alexander Stewart 1515—18 (non confirmatus)
	Gavin Dunbar 1518—24

⁸⁴⁾ Adam ille non est idem ac Adam Scotus, ut praetenderunt auctores quam plures (cf. WEYNS pp. VI/VII). Quoad primum antistitem Candidae Casae viget contradicatio in fontibus Ordinis: *Ob. Praem.* I 23. XI „Edamus primus prior et prelatus in Candida Casa“, in eodem Obituario die 24. X: „Michaelis primi abbatis nostri Ordinis in Galweia“. HUGO l. c. praetendit primum priorem fusse Walterum quendam, quem errorem rectificat DONALDSON, *The Bishops* p. 145. Edamum seu Adam putamus fuisse primum priorem canoniae O. S. A. inter annos 1150 et 64. Primus superior canoniae Praemonstratensis autem, qui ergo cum capitulo suo ad Ordinem nostrum transiit, probabiliter fuit ille „Michael prior in Wythorn“, qui, tacito ordine, circa annum 1164 occurrit in *Lib. Cart. St. Cruc.* p. 39. Non enim in vanum Obituarium praeter morem nuncupat illum „primum abbatem Ordinis nostri“, ex quo elucet, antea alium Ordinem ibi extitisse. Cum secundum DUPRE hic transitus peractus sit anno 1177, Michael iste anno 1164 occurrens, hoc anno adhuc erat in vivis, nisi forte agatur de successore quodam homonymo. Cur autem Obituarium eum nuncupat „abbatem“, non intelligimus, quia ceteri superiores omnes, ut oportuit pro ecclesia cathedrali, erant priores, etsi hinc inde, praesertim saeculo XVI, per abusum appellabantur abbates.

⁸⁵⁾ *Reg. Archb. York, W. Grey* 173

⁸⁶⁾ ibidem, *R. de Romeyn* II 84. Vix est probabile, Duncanum hunc esse cundem ac praecedentem, ut supponere videtur DONALDSON l. c.

⁸⁷⁾ *Lib. Cart. St. Cruc.* p. 73

⁸⁸⁾ *Reg. Archb. York, J. le Romeyn* II 115

⁸⁹⁾ P. L. Pet I 600 — *Uat. Transscr.* II 79 habet „Makillehachuyfy“, quod est certe peior corruptela ac forma allata, quae saltem ex petitionibus e Scotia Romam missis provenit.

John Maxwell 1524⁹⁰⁾
Ninian Fleming 1524—36
Malcolm Fleming 1538—68

Robert Stewart 1568—81
Patrick Stewart 1581—92

P R A E T E R M I S S A

„Circaria Scocie“ in catalogis SLV est magna, sed nullum continet monasterium scoticum nisi Ferniam. Reliqua quae afferunt hi elenchi, de facto spectant ad Hiberniam:

Gratfex = Gracfexgos, Grafergos = Carrickfergus, Woodburn

Galmemnal = Ballineval = Bailé Mor

Chelmemenach = Cill na Manach

cum quibus saeculo XIII, Fernia formasse videtur unam circariam, „Scocie“ nuncupatam; vel sita sunt in Gasconia (Ibelma = Huveaune), vel in Polonia⁹¹⁾:

Strebna = Strzelno

Sancta Maria = Plock

Werincia = Zwierzyniec

Calis et Oleboch = ?

Qui errores omnes reproducuntur ab HUGO, WAEFELGHEM, COTINEAU et aliis. De quibusdam aliis canonii, ex confusione Lairuelii et Hugo ortis, respective Ordini nostro adscriptis, breviter loquemur hic infra.

C A L L A T

in dioec. Galloway, ut asserit Lairuelz 333, quem sequuntur HUGO I 433, et alii. Revera idem esse puto ac Tallacht = Tal-y-Llychau (Circ. Angliae Medianae), quae usque ad finem saec. XIII ad nullam circariam pertinuit.

K A L C O W B M V

Kalcho, Kalcou, Kelchou. Pariter in dioec. Galloway. Secundum HUGO II 189, hoc monasterium fuit fundatum anno 1125 a David Rege. Ex fon-

⁹⁰⁾ Fuit de gremio capituli. Anno 1523 post brevem possessionem, resignaverat abbatiam Hollywood, anno sequenti apparuit tamquam prior in Whithorn, et abbas in Dundrennan O. Cist (BREWER, *Lett. Henry VIII*, IV 852, RSS I 3299)

⁹¹⁾ Notandum est, elenchem canoniarum Hiberniae apud catalogos SLV nequam esse completum. Quoad monasteria polonica etc. confer quod diximus in vol. I pp. 351/53. Quomodo tales errores sunt orti, vide in eodem volume p. 253 et 275.

tibus vero indigenis apparebat hanc domum semper regulam Sti. Benedicti esse securam. Revera Kelso nomen eius fuit, situm est non longe a Dryburgh in dioc. Sti. Andreae. Falsa proferunt WAEFELGHEM 260, GOOVAERTS I 418, IV 304, vera autem COTTINEAU 1509, GORDON etc.

N O V U M C A S T R U M

(HUGO II 389) idem est ac Dryburgh, quod Lairuelio p. 389 iam fuerat notum.

N O V A S C R I N I A

(HUGO II 389) sicut Nova Verina, ibidem, idem sunt ac Fearn.

ST. A N D R E W S

(HUGO I 171, WAEFELGHEM 216) sequentes LAIRUELZ 333 adscribunt hanc canoniam Ordini nostro. Revera fuit capitulum cathedralis, adnexum Ordini Canonicorum O. S. A.

